BIBLIOTHECÆ IVRIS CANONICI VETERIS TOMVS SECVNDVS

INSIGNIORES ANTIQVORVM CANONVM COLLECTORES GRÆCOS COMPLECTENS:

Qui nunc primùm in lucem eduntur ex Biblioth. CHRISTOPH. IVSTELLI,

CVM VERSIONIBVS LATINIS, PRÆFATIONIBVS, Notis, & Obſeruationibus huic editioni neceſſariis.

Operâ & ſtudio GVLIELMI VOELLI *Theologi ac Socij Sorbonici,*
Et HENRICI IVSTELLI, CHRISTOPHORI F.

LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud LVDOVICVM BILLAINE, in maiori Aula Palatij, ad inſigne Magni Cæſaris, & Sancti Auguſtini.

CIↃ IↃC LXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ELENCHVS EORVM
QVÆ IN HOC TOMO CONTINENTVR.

Quæ aſteriſcis notantur, nunc primùm in lucem prodeunt.

*IOANNIS ANTIOCHENI *Scholaſtici dicti, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Collectio Canonum in quinquaginta titulos diſtributa, Græcè & Latinè, quæ nunc primùm in lucem prodit è Codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societatis* IESV. 499.

* *Eiuſdem* IOANNIS SCHOLASTICI *Nomocanon, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primùm in lucem editus.* 603.

* ALEXII ARISTINI *Synopſis Canonum, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primùm edita.* 673.

* SIMEONIS MAGISTRI ET LOGOTHETÆ *Epitome Canonum, Græcè & Latinè è Codice MS. eiuſdem Bibliothecæ Regiæ nunc primùm edita.* 710.

* ARSENII MONACHI *Patriarchæ Conſtantinop. diuinorum Canonum Synopſis, ſiue Nomocanon, Græcè & Latinè nunc primùm editus ex Codice MS. eiuſdem Bibliothecæ Regiæ.* 749.

PHOTII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon cum* THEODORI BALSAMONIS *Patriarchæ Antiocheni Commentariis, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ anno 1615. editus à Iuſtello: in hac verò editione ad Codicem MS. Eminentiſſ. Cardinalis Mazarini collatus.*

* *Cum Prolegomenis eiuſdem Photij, è Codice Bibliothecæ Oxonienſis Græcè & Latinè nunc primùm editis.* 789.

Eiuſdem PHOTII *opuſculum de ſeptem Synodis œcumenicis Græcè & Latinè.* 1141.

NILI *Metropolitæ Rhodij de ſanctis & œcumenicis Synodis enarratio ſynoptica Græcè & Latinè.* 1155.

Auctoris anonymi de ſex œcumenicis Synodis opuſculum Græcè & Latinè. 1161.

Συνοδικὸν, ſiue libellus ſynodicus anonymi auctoris, omnes Synodos tam orthodoxas, quàm hæreticas, à tempore Apoſtolorum ad octauam œcumenicam complectens, Græcè & Latinè. 1166.

* THEODORI BALSAMONIS *Collectio Conſtitutionum Eccleſiaſticarum è Codice, Digeſtis, & Nouellis Iuſtiniani congeſta, olim à Leunclauio Latinè ſub Paratitlorum nomine primùm edita, nunc verò è duobus antiquiſſimis Codicibus MSS. inter ſe collatis Græcè primùm prodit, cum eiuſdem Ioan. Leunclauij verſione in multis emendata.*

* CAROLI ANNIBALIS FABROTI *Notæ perpetuæ in eamdem Collectionem Theod. Balſamonis, nunc primùm editæ.*

IOANNIS LEVNCLAVII *in Paratitla Notatorum libri duo.*

IVRIS
CANONICI
VETERIS
COLLECTORES GRÆCI

Ex antiquis exemplaribus MSS.
curâ CHRISTOPHORI IVSTELLI deſumpti,
& nunc primùm editi.

CHRISTOPHORI IVSTELLI

PRÆFATIO AD LECTOREM.

CODICES *Canonum, tam Eccleſiæ Uniuerſæ, quàm Africanæ, anno* M. DC. X. *&* M. DC. XV. *Græcè & Latinè, primùm edidimus, eorúmque memoriam inſtaurauimus, quorum nouam & emendatiorem editionem paramus. Nunc verò tibi damus Collectiones Græcas quinque, antehac non editas,* IOANNIS *videlicet Antiocheni Preſbyteri, Scholaſtici dicti, poſtea Patriarchæ CP.* ALEXII ARISTINI *Diaconi Eccleſiæ CP.* SIMEONIS *Magiſtri & Logothetæ; &* ARSENII *Monachi* * *Hieroſolymitani, poſteà Patriarchæ CP. quarum editio poſtulat vt de iis quædam proloquamur.* * ſinaitæ

IOANNES SCHOLASTICVS (*ſic dictus, quòd primùm in foro* ἀπὸ σχολαστικῶν, *ex ſcholaſticorum, hoc eſt Aduocatorum numero fuerat) Antiochiæ Preſbyter, & Apocriſiarius fuit, & poſtmodum, Eutychio Patriarcha Conſtantinopolitano in exilium pulſo, in eius locum à Iuſtiniano Imperatore ſuffectus eſt. Is verò* συναγωγὴν κανόνων *compoſuit, quâ priorum Conciliorum Canones in veteri Codice Eccleſiæ vniuerſæ ſparſim diffuſos, (hoc eſt Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Sardicenſis, Conſtantinopolitani, Epheſini & Calchedonenſis) in quinquaginta titulos, non ſeruato ordine temporis, nec ſerie ſeu conſequentia numerorum, ſingulóſque ex ſimilibus Canonibus, & ad eandem rem pertinentibus, cum Canonibus integris intexuit,* ὁ τάξιν τινὰ, καὶ ἀκολουθίαν ἀριθμῶν ἐφυλάξαμεν, ἀλλ' ἅμα τοὺς ὁμοίους συναρμόσαντες, καὶ ἑνὶ κεφαλαίῳ συμπλέξαντες, *vt ipſemet teſtatur in præfatione ſua Collectioni præfixâ. Huic autem addidit primus Canones Apoſtolicos* XXCV. *Sardicenſes* XXI. (*quos licèt poſteriores præfert Antiochenis.*) *& S. Baſilij* LXVIII. *Nicolaus I. Pontifex Ro. ad hanc Io. Scholaſtici Collectionem reſpexiſſe videtur, eámque, Concordiam Canonum, vocat, quia concordantes Canones, per certa capita appoſiti atque diſtributi, & in vnam conſonantiam com-*

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ,

ΤΟΥ ΑΠΟ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΩΝ,

οὗτος συνετέθη τοὺς ὅλους κανόνας εἰς ν'. τίτλους.

PRÆFATIO IOANNIS

ANTIOCHENÆ ECCLESIÆ PRESBYTERI

EX ORDINE SCHOLASTICORVM,

hic vniuerſos Canones in quinquaginta titulos digeſſit.

OI τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ τῆς ἁγίας οἱ μετ' ἐκείνους καὶ κατ' ἐκείνους ἀρχιερεῖς καὶ διδάσκαλοι, τὸ ἐξ ἐθνῶν ἅμα καὶ Ἰουδαίων πλῆθος τῆς διαβολικῆς ἀπάτης καὶ τυραννίδος ἀποστατῆσαν, ὀρθῇ τε διανοίᾳ καὶ πίστει, πρὸς τὸν βασιλέα καὶ κύριον τῆς δόξης αὐτομολῆσαν, ὁσίως ποιμαίνειν ἐγχειρισθέντες ὑπὸ τῆς χάριτος, οὐκ ᾤοντο δεῖν ὥσπερ οἱ πολιτικοὶ νόμοι τοὺς πλημμελοῦντας αἰκίζεσθαι· τοῦτο γὰρ λίαν ἀδοξίας κομιδῇ, καὶ λίαν ἀπηνὲς κατεφαίνετο· συγκινδυνεύειν ἢ μᾶλλον αὐτοῖς ἐπιμέλεσθαι· καὶ τοὺς αὐτοὺς ἰᾶσθαι, ἐπιστρέφειν ἐσπούδαζον· * ἀλλὰ τοὺς πλανωμένους μὲν ἔτι, καὶ τῆς εὐθείας ἐκκλίνοντας, ὡς ποιμὴν ὁ καλὸς, ἀόκνως κατατρέχοντες· τοὺς δὲ κρημνοὺς ἤδη κατενεχθέντας ἐπὶ τὸ βάραθρον, ἀφύκτοις παντοίαις μηχαναῖς ἀγωνιζόμενοι, καὶ τὸ μὲν ἤδη σαπὲν καὶ

*Οχ.όντα.

MAGNI Dei & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI Diſcipuli & Apoſtoli, atque etiam ſanctæ ipſius Eccleſiæ Pontifices & Doctores, tum qui illorum temporibus, tum qui poſt illos fuere, cùm hoc à diuina gratia ſibi commiſſum haberent, vt cùm gentium, tum Iudæorum multitudinem quæ à diabolica fraude & tyrannide receſſerat, rectáque mente & fide ad Regem & Dominum gloriæ vltrò ſe contulerat, ſanctè paſcerent: non exiſtimabant oportere, ſicut ciuiles leges ſanciunt, delinquentes verberibus fœdare, (hoc enim valde abſurdum & magnæ honeſtatis incuriæ plenum ipſis videbatur) quin potiùs toto ſtudio in id incumbebant, vt pro ipſis magna cum alacritate periculum adirent auerſóque reducerent: dum ad eos qui errabant adhuc & à recta via deflectebant, ſicut paſtor bonus, ſine cunctatione currerent; eos verò qui iam præcipites delapſi erant in barathrum, ſurſum attrahere omnis generis machinis contenderent, & id quod iam putruerat gra-

[illegible], Eodem cap. 5. Certum eſt, pro [illegible], reponendum ex Baſilicis [illegible].

CCLXXII. Nouel. CXXXIV. cap. 9. in his verbis, [illegible], pro illo poſtremo [illegible], reponendum ex manuſcriptis [illegible]. Ibidem cap. 11. §. Vno verò volente, pro [illegible], ſcribitur apud Matthæum Monachum, [illegible], & cæt.

CCLXXIII. Eadem Nouel. cap. vlt. in fine dicitur, [illegible]. Huic elegans eſt in Baſilicis ſcholion huiuſmodi, quo exponitur, quænam illa ſit [illegible], verbis hiſce: [illegible]. Eorum hæc eſt ſententia, *Per definitam legibus portionem intelligi quartam partem, ad tres uſque liberos: idque propter regulam, quæ traditur, Inopibus mulieribus dari quartam partem ſubſtantiæ ipſius viri. Sin plures liberi fuerint, etiam ipſam vnum ex liberis partem accipere, quæ tamen quantitate ſiue ſumma ſua centum auri libras non excedat.* Arbitror autem hoc reſpicere ad Nouel. CXVII. cap. 5. Quia verò legem.

Ex Nouella CXXXVIII. probatur, leges duas vltimas in titulo Codicis, de vſuris, hactenus deſideratas, & à nobis reſtitutas, à Iuſtiniano quidem latas; ſed ampliorem in Nouella CXXXVIII. declarationem ſubſecutam fuiſſe, quæ tamen ipſa quoque intercidit. Reſtituit autem illius epitomen, à Iuliano anteceſſore factam, præſtantiſſimi vir ingenij, & doctrinæ ſummæ pontifex Ant. Auguſtinus. In ea epitome quum ab initio dicitur, *manifeſtiſſima noſtri numinis eſt conſtitutio*; intelligitur iſta, quam diximus eſſe debere legem vltimam, C. de vſur. nec ante me proditam à quoquam arbitror. Vide Synopſin noſtram libro 23. tit. 3. cap. 72. Rurſus in extrema Nouellæ huius epitome dicitur; *Similis conſtitutioni huic Græca ſubſequitur*; & cæt. Eam verò notant auctores noſtri Baſilicorum eſſe Nouellam CLX. ſicuti ſanè verum eſt. Verbum autem in epitome dicta, ſub finem, corruptum eſt; *quæ ciuitates muniantur*. Pro eo lector, me monitore, reponat, *muniantur*. In Nouella denique CXL. cap. 1. quod legitur, [illegible], in Baſilicis aliter ſcribitur, hoc modo: [illegible], quæ vera eſt ſcriptura. CCLXXIV.

Habes, amice lector, quæ tecum hoc tempore, tuum ad vſum, communicare volui, quòd edendis iis ex promiſſo me putarem obligatum. Te verò bonam in partem & accipere omnia, & interpretari, æquum eſt.

FINIS.

PARISIIS, Ex Typographia EDMVNDI MARTINI, viâ Iacobæâ, ſub Sole aureo, anno Domini CIↃIↃCLX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA